


FUNDAMENTVM

primum mobile seu firmamentum, (id est, concameratum quasi cœlum) nulliq³, ultra primum illud mobile efficti orbes, nullaq³, omnino alia figmenta veterum aut recentiorum ad seruandos motus cœlestes habebuntur. Sublatâq³, scrupulosâ atq³, perplexâ hac supellectili è rerum naturâ, nec minùs illis deliramentis de triplici telluris in æthere motu reiectis atque amandatis: è Barbarâ illâ Astronomiâ, ðu p̄s̄ia seu physicomathematicâ (vt vocant) exu-
tam, omniq³, superstitione ac scrupulositate euulsam funditus, penitusq³, exemptam, planèq³, puram Mathematicam, ideoq³, & genuinam omnibùsq³, numeris perfectissimam atq³, absolu-
tissimam Astronomiam absq³, dubio habituri sumus: id quod fauentibus nostróq³, voto ac pro-
posito annuentibus superis paulò post apparebit. Nisi fortassis intereâ per alios (scilicet) no-
bis hæc palma præripiatur: Id autem si fortè moliatur aliquis, nostro more atq³, exemplo ab
ipsis principijs, atq³, à primo fundamento Astronomiæ, id est, ab ipsâ doctrinâ Triangulorum,
nobis tamen nil minùs nostram intactam relinquens, suam telam exordiatur.

V. Machinula autem rotularum motricum in posticâ instrumenti parte, quæ to-
tum organon in anticâ parte mouent, tantula est: in quâ vnica rotula solaris omnes insimul
alias aliorumq³, omnium planetarum periodos secum rapit mouetq³. Numerus autem rotulis
appositus, indicat quot dentes vnaquæq³, rotularum obtinet. Ideoq³, hæc machinula instru-
menti tergo affigenda.

Diagramma rotularum motricum. Ioanni Dee
Anglo dedicatum.



Finis Fundamenti Astronomici.

Astron. 315^d